



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 16. Albertus Austriacus Cardinalis a Philippo II. Belgii Gubernator
nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

tus suos celebrare, aut Alethi, Auriaci, & Montesquii convenire prohiberentur, ex adverso autem Religionis Catholicæ cultus in omnibus locis, ubi antea eliminatus est, præprimis restauraretur.

§. XVI.

Albertus Austriacus Cardinalis a Philippo II. Belgii Gubernator nominatus.

Sub idem tempus benignior pariter in Belgio tranquillitatis aura spirare videbatur; spes enim affulserat, quod Mauritius Arausionensis Principis frater, ac Belgii Ordines ad pacis consilia propensum præferrent animum: quocirca Philippus II. Hispaniæ Rex, cum Ernestus anno priori Bruxellis decessisset, Albertum Cardinalem ejus Fratrem in Belgii Gubernatorem nominabat, eique Philippum Guilielmi Nassovii Filium Arausionensem Principem, quem Rex per multos jam annos captivum detinuerat, libertati redditum, ac velleris aurei torque donatum, itineris socium adjungebat, spe fretus, quod ejus opera tumultus in Belgio penitus sopirentur, cum Belgæ hujus Principis Patrem tam propenso olim favore persecuti fuissent: igitur Albertus ex Hispania in Italiam delatus, quamprimum Genuam appulerat, mox præfatum

Hist. Eccles. Tom. LII.

C Arau-

Sæc. XVI.
A.C. 1596.

Thu. l. 114.

Sæcul. XVI. Arausionensem Principem ad summum
A. C. 1596 Pontificem ablegat, ut ipsum excusaret,
 quod ipsemet Romam veniens debitum
 Sanctitati suæ obsequium non deferret,
 cum a Philippo Rege suo quantocyus
 crescente per moram periculo in Bel-
 gium contendere iussus esset. Enim-
 vero Albertus mox Genua in Sabaudiam
 deflexit, superatisque alpibus, necnon
 recenti militia ubique conscripta ex-
 eunte Mense Januario Lucemburgum
 venit, obviam procedentibus Provincia-
 rum Præfectis, Feriæ Duce, atque Er-
 nesto Bavaro Coloniensi Archiepiscopo:
 tandem vero die undecima Februarii
 cum ingenti Procerum comitatu, ac
 magnifica prorsus pompa Bruxellas in-
 gressus est.

§. XVII.

*Belgii Ordinum molimina ad præpe-
diendum Arausionensis adventum.*

Thu. l. c.
Fanson in
complem. M.
Campuna de
bello Belg.

[nterea Belgii Ordines vix comperto
 Philippi Nassovii Arausionensis Prin-
 cipis reditu mox ad eum literas dabant,
 in quibus recuperatam ei libertatem
 gratulantes dissuadebant, ne in Belgium
 pedem inferret, sed potius opportunum
 præstolaretur tempus, quo eorum, qui
 ipsum sincere diligunt, opera, ac fide
 publica tutus in fœderatas provincias
 venire posset, cum ægerrime ferrent,
 quod